HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35480
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



nitebant. s; unitas catholice fidei fissuram non patiebatur. In ro
mana eccl'a hora sexta ignis extinguitur. et nona reaccenditur.
quia sol hora sexta lumen suum mundo abscondit. quod hora nona
mundo reddidit. Perlecta passione orationes pro omnibus ordinibus dicun
tur. quia christus pro omnibus gradibus et populis crucifigitur. Dominus uobiscum quod est offi
cium sacerdotis reticetur. quia sacerdos noster hodie occiditur. Ad singulas
orationes genua flectimus. quia omnis nationes christo genua curuare de
monstramus. Prouidens ideo non flectimus. quia eos irrisorie genua hodie
domino flexisse significamus quod fidelibus deuitandum insinuamus. De inde
crux ad salutandum producitur. et tribus modis canitur. quia dum christus cruci
figitur. titulus tribus linguis hebraica. greca. et latina. scribitur.
Populus meus namque pro hebrea. agyos greca. De tribus linguis.
Sancta latina lingua cantatur. quia hebrea mater omnium linguarum. gre
ca doctrix omnium linguarum. latina imperatrix omnium linguarum pre
dicatur. et ab his omnibus christi passio collaudatur. Deinde crux denudatur. et
salutatur. quia sicut christus tunc in cruce ab incredulis deludebatur. ita nunc a fideli
bus humiliter adoratur. Et nullus sapiens crucem. s; christum crucifixum ado
rat. crucem tantum ueneando salutat. Super corpus domini tres articuli. scilicet
oremus preceptis. pater noster. libera nos dicuntur. quia christus tribus diebus sepultus oc
cultatur. et tali modo olim missa ab apostolis celebrabatur. Duas quippe noc
tes. et unum diem fuit christus sepultus. Due noctes signant nostras duas mor
tes. scilicet anime et corporis. Dies uero signat suam mortem. que fuit lux nostrarum
mortium. Hec se nostris mortibus ut dies noctibus interposuit. et ambas
expugnans reppulit. Quadraginta horas fuit mortuus. ut qua
tuor partes mundi in decalogo legis mortuas uiuificaret. Ideo his
noctibus tres nocturni cum nouem lectionibus et responsoriis canuntur.
quia tota genera hominum ante legem. sub lege. sub eius tempore morientium
ab ipso redempta. nouem ordinibus angelorum coniunguntur. De sabbato.
Sabbatum dicitur requies. Ideo istud sabbatum sanctum dicitur. quia sicut deus sep
tima die ab omni opere. ita christus sabbato post laborem passionis in sepul